



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

VIII. Ivlii. S. Kilianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S. KILIANVS Hyrbenus, nobilis. Monachus factus, assiduis ieiuniis, vigiliis, & diligenti rerum cælestium commentatione, tantum profecit, ut maximam opinionem adeptus, in præfulem Monasterii eligeretur. A Romano postea Pontifice consecratus Episcopus & ad prædicandum Euangelium, missus, venit Herbipolim; vbi Gosbertum ducem Franciæ Orientalis, cum aliis multis sacro fonte abluuit. Gladiis deinde sicariorum, quos Ducis coniunx subornarat, cum sociis occubuit, Die VIII. Iulii anno Domini DCLXXXV. Ipsa verò simul cum percussoribus à Dæmoniis arrepta, facinoris sui pœnas æternas luit. Huius verò rei testimonium in præsentem diem legitur Herbipolis in cryptâ Ecclesiæ, his versibus à S. Burchardo monacho, & Episcopo Herbipolensi compositis, & sepulchro eius affixis:

*Hi sunt Herbipolis, qui te docuere Magistri,
Qua verum coleres religione Deum.
Impia quos tandem iussit Geilana necari,
Calauitq; sub hunc corpora casa locum.
Ne turpi sine laude situ desolata iacerent,
Corpora Burchardus sub monumenta locat.*



S. KILIAN, EPISCOPUS ET MARTYR ORDO BEN.
 Hic Franconie Apostolus. Ducem Goshertum ad Christi fidem con-
 uertit, et cum Colomanno Presbytero & Lotharano Diacono martyrio
 coronatus est, anno DCLXXXV. die VIII. Idus July.

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library or collection mark.

IA. JH. 2